


## POTAMOGETON.



Ποταμογέτον.


POTAMOGETON.

CAP. XCVI.

**P**otamogeton, folium betæ simile hirsutum, paululum super eminentem extra aquam. Refrigerat, & inspissat: pruriginibus utile, & contra veterum ulcerum nomas. Nomē ex eo inditum est, quod palustribus, & aquis enascatur.

**P**otamogeton lacubus, & paludibus in aëri amat, ubi folijs betæ proximis, super aquam expansis in compluribus locis emicare inuenitur. Hanc herbam nos sæpe viamus, & legimus, priuatim in lacubus quibusdam in Ananienfium agro, quàm ibi vna cum nymphæa aquis supernatantem deprehendimus. Fecit Potamogetoni mentio, ut Sagittam quoque eò foliorum formam ita Plinio vocatam, in mentem redege. im, quod & ipsa in finimibus nascatur, & si agnatis quoque aquis. Hæc duum est generum, Maior, & Minor. Huius folium sagittæ tricipitis figuram adamus in refert, superne in vnum apicem, inferne in duos desinens. Pediculo nititur triquetro, intus cavo, seque cubitali, & quandoque maiore, pro aquarum profunditate, in quibus vivit. Caulem gerit rectum, lævem, rotundum, vnicum, superius in ramulis diffusum, in quibus flores exeunt albi, singuli tribus foliis constantes, herentq; in pedunculis pari exortu à caule procedentibus. Ex his tandem capitula nascuntur subreperea, nucis Ponticæ magnitudine: in quibus minutum concluditur semen. Radicem habet albam, multificandam, & fibrosam Plantaginis aquaticæ similem, cuius cognationis ego sagittam facio. Maior minori per omnia respondet, seu omnia in eadem continentur. Folia quoque non adeo in acuminatum sagittarum desinunt. Nascitur vtraque copiose in Boemia, cum in Siciliana flumine, tum in alijs plerisque locis. Temperamento am-  
bb bz sunt

Potamogeton confid.



Potamogetōs *ba* sunt frigido, & humido. & iisdem cum plantagine aquatica viribus pollent. Potamogeton, ut testatur Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, adstringit, & refrigerat similiter polygono, sed essentia eius crassior, quam polygonon est. Huius herbae nomen Graecum *παραμυρτίου*, Latinum similiter Potamogetum: Italis, Potamogeto: Germanis, Seebalden, *κράντ*, & Sam *κράντ*.



ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

STRATIOTES.

CAP. XCVII.

60

**S**tratiotes in aquis nascens, iisdem supernat, & radice uiuit : unde cognomen traxit. Herba semper uiuo similis, ni maiora haberet folia. Quae refrigerant; sanguinem, qui defluit à renibus, pota sistunt; uulnera, quae inflammationem minantur, intumescere non sinunt: ignibus sacris, & tumoribus ex aceto illinuntur.

**N**on est profecto quoddam miremur, si Stratiotes in Italia non prouenit. Quandoquidem ea, ut libro 24. cap. 18.

Plinius testatum reliquit, est in Aegypto tantum, & inundatione Nilii nascitur, aëreo similis, ni maiora haberet folia, Ceterum plantam quandam misit ad me Pifis Lucas Cbinus Medicus clarissimus in aquis nascentem, quam ille aquaticum Millefolium appellabat. Hanc ego aquatica Stratiotes genus aliquod esse puto. Est tamen aliorum quoque iudicium, ex imagine, quam hic appongi curauimus. Vocatur Graecis ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ ἑρδῶς: Latine, Stratiotes aquaticus.

Nomina.

## MILLEFOLIUM AQUATICVM.




Στρατιώτης χιλιόφυλλος. STRATIOTES MILLEFOLIUM. CAP. XCVIII.

Stratiotes millefolium exiguus frutex, palmi altitudine, aut amplius affurgit: folijs anium palli  
 Conclufa in  
 meo defunt. 60  
 lant, præfertim breuitate, { atque scabritia } breuiora paulo: denfiore umbella, & pleniore. Surcu-  
 los in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi: flores paruos, & candidos. Nafcitur in  
 asperis agris, præcipuè circa femitas. Eximij vfus ad vlcera vetera, recentiaque, profluentem fan-  
 guinem, & fistulas.


Stratiotes in hunc vfque diem Millefolij cognomen retinet. Planta eft officinis notiffima, in incultis proveniens, in pra-  
 Seratiore mil-  
 lefolij codic. tis, & circa femitas, lignofis caulibus, dovrante maioribus, pleribus ab vna radice prodeuntibus, quibus folia infunt  
 anium nonnullarum pennis fimilia, fylueftriq; cuncto amula. Flores eius denfiorè umbella iufinentur, canicici, efi non-  
 nunquam in purpura rubefcant. Ex his vtiq; notis patam efi, communis vfus Millefolium nil aliud dici poffe, quàm Stra-  
 tioten.

## MILLEFOLIUM MAIVS.



tioten, de quo hic agitur; non autem, ut Brasavolus existimat, Myriophyllum infra a Dioscoride descriptum. Si quidem Myriophyllum caulis est tener, singularis, unica nixus radice: foliis plurimis, laevibus, feniculo similibus. Quis sane con-  
 60 nia, ni fallor, apertissime ostendunt, Brasavolum hac in re hallucinatum esse. Millefolij genus quoddam nascitur in Ger-  
 ticiensi agro Saluatiuo monte prope sacellum dñae Marie virginis, eo tantum saxoso tractu, quo ad Sontium fluvium descendit.  
 Id quoniam aliud praestat magnitudinis, et eius effigies, quam hic datus, apertè ostendit; ideo nobis iure liceat ip-  
 sum nominare Millefolium maius: Datur vtiliter millefolij succus ad sanguinis reiectiones. Idem praestat sicci farina ex  
 Symplyti maioris, aut plantaginis aqua pota. Eadem naribus odita, fluentem inde sanguinem compestat. Dysentericis  
 vtiliter infunditur, una cum sui ipsius succo. Herba recens tusa, & supposita, ubique illita, mensium profusum compe-  
 scit. Millefolium cui candida inest umbella, una cum floribus tusa, & cum sua ipsius aqua, aut caprino lacte pota, gonor-  
 rhaeam in viris, in feminis alba veteri excrementa tollit. Atqui id valentius praestat, ubi vnicia ponacae una cum Armenia  
 terrae drachma, ex vaccino lacte propinetur ieiunio diebus tribus continuis. Commanducata sola, & praesertim recentia,  
 dentium dolores mulent. Idem facit commanducata radix, & diu sub dente colente retenta. Datur herba decoctum  
 cum labrafca floribus vtiliter potandum contra vomitum. Stratiotem hunc, & superiorem persi. inixit Galenus libro 8.

## MILLEFOLIUM MINVS.



Stratiote ui-  
res ex Gal.

Nomina

*simpl. med. ubi de utriusque viribus ita differit. Stratiotes aquaticus quidem humida, & frigida facultate est: repressiva vero nonnihil habet adstrictionis: proinde sanè & vlcera glutinare potest, & vlcibus esse vilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eruptiones utantur, & ad fistulas. Herba, quæ Græcis στράτιος ὑλισφόδος, Latinis Stratiotes millefolium appellatur: Italiæ, Stratiote millefoglio: Germanis, Garben: Hispanis, Alhoyas yerua: Gallis, Mille fueille.*

VERBASCUM I.



VERBASCUM.

CAP. XCIX.

**V**erbascum differentias summas habet duas, hoc nigrum, illud album. in quo mas, & foemina intelligitur. Foemina igitur folia sunt brassica, pilosiora multo, & latiora<sup>a</sup>, candida: caulis albus, cubitalis, aut amplior subhirsutus: flores albi, aut<sup>b</sup> ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, gustu acerba, crassitudine digiti. nascitur in campestribus. Verbascum, quod mas appellatur, oblongius, albis foliis, & angustioribus, tenuiori caule. Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigrior, latioreque constaret folio. Sylvestre & folia } fert } saluæ: } altas uirgas, & lignefas<sup>c</sup>, & circa cas ramos<sup>d</sup> quales martubium: flores luteos, aut amulos. Sunt & phlomides dua, hirsute, rotundis fo-

a Orb. ad-  
 dicitur  
 b Orb. dicitur  
 c Orb. dicitur  
 d Orb. dicitur

## VERBASCUM II.



liis, humiles. Tertia lychnitis appellatur, ab alijs autem thryallis, folijs ternis, aut quaternis, uel paulo pluribus, hirsutis, crassis, pinguibusque; apta ad lucernarum lumina. Radix priorum duarum adstringit: quare quod magnitudine ludicrum talum æquet, in alui profuuiuo, conuenienter ex uino datur. Decoctum ruptis, conuulsis, fractis, antiquæ rufsi auxiliatur: dentium dolorem collutione mitigat. Verbascum, cui flos aureus, capillos tingit, & quocunq; abiiciatur, blattas in se contrahit. Cocta in aqua aduersus tumores, & oculorum inflammationes illinuntur: syderatis ulceribus ex uino, & melle, cum aceto autem uulneribus medentur: contra scorpionum ictus sunt auxilio. Syluestris folia ambustis igni sunt cataplasmata. Aiunt in folijs eius, quam fœminam dicimus, aridosifcus omnino non putrefcere.



Prima Verbasci genera, domestica scilicet duo, nulli non cognita sunt. Verum sylvestre, quod folijs salicis similibus, Verbasci an-  
 aureisq; floribus prouent, non omnibus sanè notum existimo. Viret tamen hodie Tatauij in nobilissimo simplicium nera, & cōsid.  
 horto, quem ad commune studioforum commodum Illustrissimus Venetorum Senatus construi curauit. Quin nec fortasse  
 Lycbitim, cuius etiam figuram hic datus, nouere multi. Est Verbasci quoque genus, cuius folia corniculati papaueris  
 faciem exprimunt. Ideoque nil mirum si Dioscorides eiusmodi papaueris folia Verbasci folijs comparauerit. Reliqua  
 verò, qui mihi demonstrauerit in Italia, hactenus reperi neminem: Et quantum sint, qui putent, ut Ruellio, Fuchsio, & re-  
 centiorum alijs placet, eas vulgaris notitiæ plantas, quas quibusdam Brachæ cuculi, officinis Primule veris, Germanis cla-  
 ues sancti Petri, nonnullis verò et herbe paralytici appellantur, esse Dioscoridis Piblomides, que hirsutis, rotundisq; folijs, bu-  
 miles prosiliunt; eorum tamen sententiæ, licet eruditorum virorum, haudquaquam ad stipulari possum. Siquidem plantis  
 10 is folia non insunt hirsuta, nec etiam rotunda, sed alteri hirsuta, alteri verò crispata, lactuca, aut dissimili modo. Adde quod  
 Ruellii, et Fu-  
 chsij opinio  
 reprobata.

VERBASCUM III.



## VERBASCUM III. SIVE SYLVESTRE.




*florum, quos haec Thlomidum genera proferant, nusquam, quod sciam, meminit Dioscorides, neque è veteribus aliis, qui Verbasca genera recensent. Id quod in herba paralyti, meo quidem iudicio, silentio involuendum non fuerat, cum haec omnium prima suis auris floribus emicet, verq; nouum pronunciet: Vnde illi officina nomen imposuerunt. His recentiores vim efficacem tribuunt ad articulorum dolores. Radices earum decoctum ad renem, & vesicae calculos commendant. Succi quoque tum potum, tum exterius illitum fractis, luxatisq; ossibus vtilem esse tradunt. Ceterum praestat earundem decoctum additis salua, & amaraco, aduersus frigidos nervorum, & cerebrinorbo. Quare commodissime datur potandum resolutis, ac vs, qui membrorum tremore, stupore laborant. Stillatitia florentis iam herba aqua datur vtiliter potanda in animi deliquis, & vbi corpus imbecillitate virium affectum sit. Nam (vt iniqui experimentatores) mirifice cor confortat, ac roborat. Flores illinentur vtiliter aduersus scorpionum, & phalangiorum ictus. Siquidem facile tumores dissolunt. Herba ipsa, aut flores, aut radices rursus, & illis vulnera sanant. Stillatitia aqua, quae à tota fluxerit planta,*

## VERBASCUM LYCHNITE.




planta, fronti illita, capitis dolores mulcet. Mulieres, quae furo delectantur, flores in albo meraco macevantes, ynd cum polygonari radicibus, stillatitiam ad alembicum conficiunt aquam, qua deinde à lecto refuso gurgulis faciem lavant, eius nitorem conciliant: vbi autem rugas tollere student, stillatitiam limonum aquam admifcent. Sed ad legitima Verbasci genera redeamus. Haec omnia in vniuerfum, vt plurimis factis periculis constat, omnibus forè fecit: vix his mirificè subueniunt: adfringunt enim, & exiccant. Quamobrem feminis, & florum puluis, additis chamemali floribus, & laticis refina, precipitentem sedem suffitu cubibet. Quae sunt, praecipue dysentericis, tollit. Verbasci feminis folia inter lapides contrusa, si equi claudicantis ex clauorum noxa vngui prius excauato imponantur, mirum dictu quam breui tempore is liber euadet. Radicis eiusdem succus, anteaquam caulem proferat, duarum drachmarum pondere ex Cretico vino haustus, in ipsa accessione hinc (vt Arnaldus refert) quartanam fugat, cum hoc tamen, quod tribus, aut quatuor iteratis vicibus hauiatur. Succus tantum florum, quam foliorum aperit verrucis illitus, eas facile delet, etsi leuissimum nihil proficiat. Idem facit sicca radiceis farina.

Verbasci nitores quaedam.



rina conficata. Dantur flores commodiffimè in puluerem tritii, contra tormenta ventris, & colicam. Gargarifatur vtiliter radicam decoctum contra tonfillarum inflammationes. Folia tufa, & cineribus calefacta, fanant panos, quos bubones vocant, emplaftri modo impofita. Tanta vis verbafco ineft, vt inuentis non tuſſentibus modo, fed illa quoque trahentibus, anxilietur potu. Semen ex vino decoctum, & contuſum, impoſitumque luxatis medetur, dolorem, & tumorem auferens. Folia conferunt ſtrumofis, ſi ex aceto imponantur. Semine ac folijs in vino decoctis, ac ſubinde tritis, & impoſitis, omnia infixæ corpori extrahunt. Folia & ſummitates in aqua decoctæ, & illite podagricis auxiliantur, ſed eius Verbafci ea eſſe oportet, quod minoribus creſcit folijs. Stillatina florum aqua oculis iniecta, diſſillationes cohibet. auferet eadem illita faciei ruborem, quem Mauritanii Guſtam roſaceam vocant, & præſertim addito caphura momento. Illinitur eadem ad Herypſelas, & ignis combuſtiones, ſerpigines, vitiligines, imperigines, & cæteras cutis infectiones. Verbafci flores una cum oui vitello, & mica panis, & porri folijs illiti, perbellè præſtant ad cobibendas hæmorrhoidas. Idem præſtant


## PRIMULA VERIS.



stant eiusdem folia suffusa, ex molari lapide accenso. Est & herba similis *Verbasco*, que **BLATTARIA** Plinio nominatur libro 25. capit. 9. ubi eam his verbis depingit. Est similis *Verbasco* herba, que sepe fallit pro ea capta, folijs namus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hęc abiecta blattas in se contrahit, ideoque Romę Blattariam vocant. hęc Plinius. Eundem verò effectum Dioscorides illi *Verbasco* generi assignavit, quod floribus aureis descripsit. Que certe res facit, ut credam, quod non aberrarent ij, qui sibi animum inducerent, blattariam Plinij, & verbascum illud Dioscoridis, cui flores insunt aurei, unam & eandem plantam esse. Porro Blattaria passim ferè nascitur: folijs oblongis, per ambitum serratis: floribus tertium *Verbasco* genus maximè emulantibus. Quibus decidentibus circa caulem folliculi exoriuntur parvi, lini instar, duriores tamen, ac liguores, in quibus semen continetur. De hac herba plures, quod inuenerim, facultates non produntur. Sed cum ea gustu amara deprehendatur, hinc certò colligere licet, quod eadem & aperire, & abstergere possit. *Verbasco* genera, & vires memoris tradidit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi ita scribit. *Verbascum*, quoddam

Blattaria, hinc. & uires.

## PRIMULA VERIS ALTERA.



Verbasci generis, & vites ex Gal. quoddam folijs album est, quoddam verò nigrum. Et albi aliud quidem mas est, cuius folia angustiora: aliud feminis, 60 cuius maiora. Est præterea aliud Verbascum sylvestre cognominatum, quod floribus constat aureis, & luteis. Sed & præter has species alia est quæ proprie phlomis, & thryallida nominant. Priorum itaque duarum radix gustu acerbæ est, & fluxionis affectibus prodest: sed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. At tamen folia digerendi vim habent: sic & aliarum folia, & maxime eius, quæ aureos flores obtinet: quæ etiam capillos rufant. Omnium enim folia desiccandi, & digerendi moderatè vim possident. Quæ planta Græcè φάμας, Verbascum Latine dicitur: Italis, Verbasco, & vulgò Tasso arbasso: Germanis, Vulkran: Hispanis, Verbasco: Gallis, Bouillon.



Aethiops. AETHIOPIS.

CAP. C.

**A**ethiopsis folia habet uerbasco similia<sup>a</sup>, perquam hirsuta, densaqs, in orbem circa radicem imam  
 redacta: caulem quadrangulum, † scabrum, similem apiastro, aut arctio, multis concavis alis:  
 tamen etui magnitudine, geminum, in uno conceptaculo: radices ab eodem cespite numerosas, lon-  
 gas, plenas, glutinosas gustu: quæ sicca nigrescunt, duranturque, ut cornua possint uideri. Pluri-  
 ma nascitur in Ida<sup>a</sup> monte Troadis, & in Messenia. Auxiliatur † purulentis excretionibus, † ischia-  
 ricis, pleuriticis, arteria scabritijs, decocta radix, & pota: quoniam & cum melle, eclegmatis uicem  
 præbet.

a Meum. La-  
 oia xpi Aris  
 nutrita, dci  
 la.


b Meum. &  
 Car. pallias  
 c. Crall.

c Meum. &  
 Car. nō legit  
 monte Troa-  
 dis.

Mei pro con-  
 cluis apia-  
 stris Troas. i.  
 l. unius spu-  
 ritus Cario-  
 picis apiastris  
 kae. ... qui  
 nem excrean-  
 tibus.

Aethiopidis  
 confid.

**T**Ametsi iam pridem existimauerim, Aethiopidem herbam in Aethiopia, & Ida Troadis tantum nasci, quod eam  
 mihi plurimam signi testentur Dioscorides, & Plinius; hoc tamen anno legitima, ni fallor, Aethiopsis ad me alla-  
 ta est Patavio ab erudito uenene medico Ioanne Odorico Melchiorio Tridentino, quam, nulla prorsus reclamante nota, Aethiopidem



*Aethiopia* referre d'prehendi, ut eius pictura, quam hic damus, pulchrè demonstrat. *Aethiopia* non reperio meminisse Galenum in simplicium medicamentorum censu. quanquam eam memorie prodidit Paul. lib. 7. ubi non plures de hac herba vires tradit, quàm quæ Dioscoridi acceptè referri possunt, cum ita scribat. *Aethiopia* similia verbasco habet folia. Radicis decoctum potum auxiliatur ischiadicis, pleuriticis, & sanguinem reicientibus: arterie etiam asperitates cum melle lenit. Vt Græcis hæc planta *æθιοπίς*, ita etiam Latinis *Aethiopia* nominatur: Italis, *Ethiopide*.

Nomina.

† Hoc loco in vulgari Græcis codicibus legitur *αρχιον*, hoc est, *crassum*. Quam vocem interpretes Plinium fortè, ut solet, secutus, omisit. Sed cur nos eam non adiecerimus, fecit Oribasilus, quæ in hoc Plinio ad stipulari invenimus.

Αρχιον.

ARCTION.

CAP. C I.

**A** Rction, aliqui potius Arcturon vocant, similis est verbasco folijs, nisi quod hirsutiora, & rotundiora sunt: caule longo, molli: semine cumini, paruo: radice tenera, alba, dulcique. Decocta cum femine radix in vino, dentium dolorem mulcet, si contineatur ore decoctum: amibusta, pernionesq; fouentur eodem: bibitur aduersus coxendicum dolores, & stranguriam è vino.

Arctii codid.  
Ruellij error.

**C** Reddit Ruellius, Arction eam esse plantam, quæ & secus vias, & in creberrimum marginibus nascitur, quamque officinarum vulgus *Lappam minorem* appellat. Sed Ruellius in hoc hand ènticè, meo quidem iudicio, fallitur. neque audieris.



ius est . Siquidem , ut diligenter notas expendentibus perspicuum fiet , Lappa minor aliud profecto non est , quam xanthium inferius à Dioscoride representatum . Etenim Lappa minor folio verbasici , eoque hirsutiore non visitur : neque caulem proferit longum , & mollem : quàm nec semen cumino simile , neque radicem teneram , ac dulcem . Ex quibus sane notis repugnantibus Ruellii opinio evidentissimè refellitur . Nullam equidem hæcenus hie : dam reperit , ac vidi , que Arctium legitimè referat . Huius memini Galenus libro 6. simplicium medicamentorum , ubi de eo ita scriptum reliquit . Arctium illud , quod verbasco est simile , radice tenera , candida , dulci : caule oblongo , & molli : semine cymino simili , facultatis est admodum tenuium partium , & ob id exiccantis , extergentisque , tamen modicè . Quamobrem radix , ac semen eius cœta cum vino , quadantenus dolores dentium mirigant . Porro ambusia , & chimetbla , non horum modo decoctum persusum , sed & caules teneriores sanare possunt . Quod ægyptii Greci , Arctium quoque Latini dicunt . Itali , Arctio .

Arctii vires ex Gal.

Nomina.

PERSONATA.

CAP. CII.

PERSONATA folia habet cucurbitæ , maiora tamen , hirsutiora , nigriora , & crassiora : caulem albicantem , quanquam & interdum vidua caule reperitur : radice intus candida , foris nigra . Hæc drachmæ vnus pondere pota cum pincis nucibus , purulenta , & cruenta extuffentibus auxiliatur : tria dolores à contorsionibus artuum contractos , illitu sedat . Folia vtiliter antiquis vlceribus illuntur .

Arctium. & Jussia. hirsutiora.

PERSONATA, SIVE LAPPA MAIOR.



Personata cō  
federati.

**T** Amessi de una tantum Personata meminere Dioscorides, nos tamen duo in Boemia observamus genera, Echinatorum tantum capitum facie differentia. Siquidem in altero maiora, duriora, & rigidioribus asperioribusque aculeis spectantur: in altero vero minorā, molliora, & mitioribus aculeis, alba quadam lanugine circumquaque obducta extant. Hanc eam sanē esse crediderim, quam Plinius libro 25. capit. 9. non Personatam, sed Perfoliatam vocat his verbis. Perfoliatam, quam nemo ignorat, Graeci vero Arction vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis, & bifurcata, nigerraque, & crassiora: radicem albam, & grandem. Huc Plinius. Ex cuius notis facile cognosci potest. Plinium his secundum Personatam genus descripsisse. Nam de altera Personata scripsit quoque eodem capite, & libro sic inquit. Personatam quidam Arction vocant, cuius foliorum est latius, grandes lappas ferentem. Ex quibus Plinii verbis patet, illi personatam designare, qua nactibus cum folijs, tunc lappis, siue Echinis habetur. Perfoliatam vero quae minoribus est lappis siue Echinis capitulis. Quo fit, ut maxime redarguendum putem Leonicentem, ut pote qui Plinium in hoc perpetuam damnauerit, asserens non nisi unum Personatę genus reperiri. Ceterum Brasavolus in suo simplicium examine Lappam credidit esse Dioscoridis Aparinen, & in hoc evidentius hallucinatus, quam ut eius error explodi debeat. ut etiam ij audire poterunt, qui in ve barbaria etiam meoiciter versati fuerint. Ceterum cum Perfolata in mentem mihi redgerit plantam, quam quidam Perfoliatam vocant, pratermittere quidem non potui, quin de ea hic mentionem

Plinii tutela.

Brasavoli hal  
lucinatio.

PERSONATA, SIVE LAPPA MAIOR ALTERA.



faciem. Est itaque Perfoliata planta, quae folia profert pingua, subtunda, sed in acutum desinentia, nisi serè modo venis pluribus crassiusculis secundam longitudinem protentis. Haec priusquam caulem edat, humi procumbit. Caulis subinde erumpit gracilis, glaber, rotundus, atque etiam ramisus. Folia quae in caule sunt, & in ramis, ab his magno natura artificio perforata sunt. Quo fit ut ego Perforatam potius, quam perfoliatam appellandam hanc plantam esse censcam. Flores gerit aureos, è capitulis quibusdam prodeuntes, & in stella modum radiantes, foliosos, odore non ingrato, semen nigrum, pellucidum, psyllii semine maius. Radice nititur unica, sed fibrosa. Nascitur in arvis inter segetes, in pratis, & agrorum limitibus. Floret ætate. Gustu est subamaro, & adstringenti. Datur herba ipsa in vino decocta, aut in pulverem trita ad internas affectiones & adrupta. Ideoq; bibitur vitiliter ad vmbilici eminentiam, & ad Enterocelas. Strumones etiam resoluit & curat, si emplastrum modo imponatur. Illinitur quoque vitiliter ad omnes inflammationes. De Perfoliata sub alterius Arctii nomine differuit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, his verbis. Alterum verò Arctium, quod Propopida vocant, cuiusque folia cucurbitae simillima sunt, nisi quatenus tum maiora, tum duriora, discutiit simul & desiccant, sed & adstringit mediocriter. Quamobrem folia eius veteribus vlcibus mederi possunt. Quae planta Graecis Ἄρκτης, Latinis Perfoliata vocatur: Italis, Lappola maggiore: Germanis, Giff kletten: Hispanis, Bardana & Nomina. Pergamacera mayor: Galis, Gloteron, & Bardana.

Perfoliata vi res ex Gal.

P E R F O L I A T A .



## PETASITES.


Μὴν δὲ  
τοῦ γαλι  
τασίδος μὲ  
γὰρ ἀποκαί  
μῆκος. ἴ. in  
quo tollit in  
star galeri ma  
gnum, in cum  
dens ueluti  
fungus.  
Petasis con  
sideratio.  
Ruellii, & Fu  
chij opinio.  
Petasis ui  
res ex Gal.

**P**etasites pediculus est cubito maior. crassitudine pollicis <sup>a</sup> à quo prægrande solum. galeri modo amplum, ceu fungus dependet. Contra phagedænas, & vlcera quæ cacoethe vocantur, & sicaciter illinitur.

**Q**uamquam scribit Ruellius, nosse Petasitem in Gallia; non tamen video, quomodo quis rectè eius sententiæ subscribere possit ac debeat. Quam quidem maiorem Tussilaginem, de qua libro tertio differimus, pro Petasite simplicissime videtur, quam etiam ipsum fortè iocatus Eufsius pro eadem depinxit. Sed quoniam Petasites pediculus fundi cubito proceriorum, à quo amplum solum, galeri figura, tanquam fungus dependet: cui solum huius Tussilaginis minime respondere deprehenditur; hinc fit, ut in unum aliqui cœcissimorum virorum sententiam improbandam existimem, ut libro tertio nostrarum Epistolarum ad Hieronymum Heroldum Norimbergensem Medicum scriberes, fufus declarauimus. Nobis hætenus veram Petasitem non licuit inuenire. Atque aced mea sententiæ est, quod hæc non nascatur in Italia, arguimento, quod tam grande solum tantum nunquam latere potuisset. Petasiti vires paucis redidit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Petasites ex tertio est ordine desiccantissus. Quamobrem ad maligna, quæ cacoethe vocantur, & phagedænica vlcera, ea vniuntur. Non secus Latinis Petasites, ac Græcis τῆτασις nominatur.

Nomina.

## E P I P A C T I S.




*Επιρακτίς*. EPIACTIS.

CAP. CIII.

**E**pipactis ab aliis elleborine<sup>a</sup>, parua herba, exiguis foliis. Iocineris vitis utilis, & contra venena a Meum. *ραγε*  
*viragos μαρπός*  
*i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.*  
*par-*  
*uns.*  
 Epipactidis  
 candid.

**E**pipactida adeo paucis perscrinxerunt Dioscorides, ac ceteri, qui ante & post ipsum de plantarum historia scripserunt, ut difficile admodum sit decernere, quanam planta sit hec in Italia, ubi fortasse ea non provenit. Nam, ut Plinius libro 13. capit. 20. commemorat, Epipactis in Asia, & Grecia nascitur. Verum eni numero si Epipactis Elleborientis agro, quamque Epipactida appellare libuit, non quod ipsam Dioscoridis Elleborinam esse censuimus, sed quod Elleborum nigrum quadantenus repraesentet folijs, floribus, atque etiam radicibus. Epipactidis inter simplicia, quod invenimus, non meminit Galenus. Sed Paulus idem, quod Dioscorides, de eius viribus tradidit. Hec *Επιρακτίς* Gesse dicitur: Latine item Epipactis, & Elleborine.

F V M A R I A.



Euphr.

FVMARIA.

CAP. CV.

a Meom. Co-  
 r. herba.  
 b Mea. 2. dir.  
 c by r. d. uen-  
 tur. q. i. u.  
 r. u. h. u.  
 d. u. h. u.  
 Fumarie con-  
 suleratio.

**F**Vmaria fruticosa<sup>a</sup> herbula est<sup>b</sup>, pratenera, coriandro similis, foliis candidioribus, vndique nur-  
 merosis, cineracei coloris: flore purpureo. Huius succus acris est: claritatem facit oculis, d.ela-  
 crymationemque: vnde nomen traxit. Illius cum gummi, euulfas palpebras renasci prohibet. Com-  
 manducata herba biiolosam urinam trahit.

**F**Vmaria, herba vulgaris admodum notitia, officinis passim vocatur Fumus terre. Fumarie verò nomen sibi asciuit,  
 quòd eius succo oculis immisso, quibus n. irificè claritatem conciliat, lacrymas, quemadmodum & funus, cieat. De-  
 bet hæc Mauritanis longè magis, quàm Grecis, quòd illi eam pluribus commendauerint viribus, nec eis quidem contem-  
 nendis, vt Serapionem, Aucennam, & Mesuem legentibus facile patebit. Fumaria Plinio duo traduntur genera libro 25.

Fumarie ge-  
 nera ex Plin.  
 capit. 13. vbi ita scriptum reliquit. Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis, & sepibus, ra-

## FVMARIA ALTERA.



## FUMARIA CORYDALIS.



60 *mis, tenuissimis, sparsisq; flore purpureo, viridis succo caliginem discitit: itaque in medicamenta oculorum additur, Similis & nomine, & effectu alia est Capnos fruticosa, pratensis, folijs coriandri, cinerace coloris, flore purpureo. Nasitur in borris, & segetibus bordeaceis. Clavitate facit inunctis oculis, delacrynationemq;: ceu fumus, unde nomen accepit. eadem enullas palpebras veraci prohibet. haec Plinius. Caterum quoniam altera sit Capnos, quae etiam ab Aetio describitur, superius libro tertio de Aristolechia, & Pistolochia differentes latius explicavimus. Eo igitur illos remittamus, qui plura de altero Fumaris genere scire desiderant. His satis nobis sit eius tantum imaginem exhibere, Fumaris alterius nomine inscriptam. atque eius notas, quas loco citato retulimus, omitteremus, ne idem frustra repetere videamur. Porro in notis, & Dioscoridi adscriptis simplicium nomenclaturis reperio Capnon quibusdam Corydalis appellari. Unde factum est, ut crederem de Capno intellexisse Galenum libro 11. simplicium medicamentorum, ubi de galearia scribens, quae Graecis corydes dicitur, Corydalis herba meminit, sic inquit. Adieci haec sermone, quod nesciam clare hoc animal nempe galeariam, manifestare, quos ferat in capite pilos erectos: quandoquidem expertus sum eius adversus colicos irritatem, uelinq; qui ipsum non norunt, is bene describatur. Nam & ipsa CORYDALIS appellata herba colicis copuenit. Et hoc quoque tibi citetur sit notatum. haec Galenus. Verum an de vulgari capno intellexe-*

rit his an de aliqua altera eius specie ego quidem haud decernere aufim. Nam de capno scribens libro septimo de simp. med. fac. nullam proxijs adversus celitus affectus illi facultatem tribuit. Quis sit; ut non parva mihi oratur suspitio aliam eam pmi speciem Galeno CORYDALIM designare. Quare non mihi displicet quorundam opinio; qui plantam, quam hic sub corydalis nomenclatione appingi curavimus, quemadmodum Galeni Corydalis faciunt. His accedit stoculorum facies, quae Co deam; quodq; eandem colicos iudicare iam, legitimam Galeni Corydalis faciunt. His accedit stoculorum facies, quae Co deam; quodq; eandem colicos iudicare iam, legitimam Galeni Corydalis faciunt. His accedit stoculorum facies, quae Co deam; quodq; eandem colicos iudicare iam, legitimam Galeni Corydalis faciunt.

Fumarie vi-  
res ex Mel.

res redeamus, quas primum ex Mesae sic ad sensum referam. Fumaria inter mitiora innocentioraq; recensetur medicamenta, quibus deiectiona vis inest. verum nimia huius herba copia facit, ut eius quoque auctoritas & praecium plurimum diminuat. Haec non modo alium soluit, sed & viscera roborat, contrahitque distentos eorum villas. Omni proxijs noxa caret; quo sit, ut haerentibus nullum infestat incommo- dum: Reoccat deiectiona eius facultas, quod non admodum sit valentior, additis myrobalaris, seu, capivo seio, insectorio cocto, aut vniis passis. Praestat quae virtutes, folijs extensis, non sane crassis, & quae violaceo sit flore. Colligi debet veris tempore, & ex esiccata exprimi. Sunt quae hanc in vniuersum temperamento frigidam dixerint. Sed aberrarunt, quantum in ipsa foliorum superficie reperitur & caliditas, quae tamen eius frigiditatem non superat. Siccat proterea orine secundo, sed semen calidum est. Deprehenditur sane eius caliditas ex amaritudine, & acreditis parte quadam viscosa, quae gustu percipiuntur. Quapropter astenuet, penetrat, obstructions aperit, ac deiectiona est facultatis. Sicuti frigiditatis & acerbis qualitatibus admixtulo potibet, aggregat, & roborat. Alium facile deicit, bilem trahit, & adustus humores. Eius vis non modo ad hepatis, sed & ad venas diffusit. Quamobrem sanguinem expurgat, omnibusque incommotis medetur a bile, aut exustus humoribus provenientibus. Proinde elephantias medetur, adversus carcinomata effcax est, lichenis, & alia cutis vitia mirifice emendat: quin & omnibus morbis auxiliatur, qui ex viscerum infarctu originem ducunt. Roborat Fumaria, venter, lecdat: quin & interna viscera, biliositasque sinit febres, quemadmodum & eas, quae ex viscerum obstructions exortantur, Fumariae meminit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, ubi de eius viribus disserit his verbis. Capnos, hoc est, Fumariae aeris simul, & amara qualitates est particeps, nec tamen plane experti est acerbis. Quamobrem vrimam biliosam multam provocat, sanamque icternis obstructions, et debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, non paruum trahens lacrymarum, velut ipse fumus; nam hinc et appellatio indita. Plebeius quidam ea vii solebat ad Stomachum roborandum, unaque ventrem lubricandum. Siquidem herbam primum desiccata condedit; postea tiam uti volebat, subductionis quidem gratia, melicrato vispergebat: ac roborare volens Stomachum, vino nimium diluto. Herba, quae Graecis καρνος, Latinis quoque Capnos & Fumaria nominatur: Arabibus, Sebetirig, sive Sabeteerig; officinis medicarum, Fumus terrae: Italys, Fumaria & Fumaria; Germanis, Erdtrausch; Hispanis, Palomilba; Gallis, Fumeterre.

Fumarie vi-  
res ex Gal.

Fumarie meminit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, ubi de eius viribus disserit his verbis. Capnos, hoc est, Fumariae aeris simul, & amara qualitates est particeps, nec tamen plane experti est acerbis. Quamobrem vrimam biliosam multam provocat, sanamque icternis obstructions, et debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, non paruum trahens lacrymarum, velut ipse fumus; nam hinc et appellatio indita. Plebeius quidam ea vii solebat ad Stomachum roborandum, unaque ventrem lubricandum. Siquidem herbam primum desiccata condedit; postea tiam uti volebat, subductionis quidem gratia, melicrato vispergebat: ac roborare volens Stomachum, vino nimium diluto. Herba, quae Graecis καρμος, Latinis quoque Capnos & Fumaria nominatur: Arabibus, Sebetirig, sive Sabeteerig; officinis medicarum, Fumus terrae: Italys, Fumaria & Fumaria; Germanis, Erdtrausch; Hispanis, Palomilba; Gallis, Fumeterre.

Nomina.

Αρωγὴ ὄσπρος.

LOTVS VRBANA.

CAP. CVI

2 Mem. 184  
Αρωγῆς  
i. & albugi-  
nes.

Lotum argem, nubes, albugines, etceteras caligines discutit. Extractus succus addito melle, oculo



LOTVS VRBANA:



Auride ægypt. LOTVS SYLVESTRIS.

CAP. CVIIL.

60 **Sylvestris Lotus**, quam trifolium minus appellant, plurimum in Lybia gignitur, caule bicobili, & saepe maiore, alis multis: foliis trifolii pratensis: semine foeni græci, multo minora, gustu medico. Vim calfaciendi, & leniter adstringendi obtinet: vitia cutis in facie, maculasque cum melle peruncta expurgat. Trita per sese, aut cum maluz femine, in uino, aut passo bibitur apuissime contra dolores, qui uesciam malè habent.

**N**ullæ certè hæcenus nobis sese obtulit herba, cui merito subscribi possit: hæc est vera ac legitima Lotus sativa. Ceterum non desunt & recentioribus, quorum opinionem tuetur Geïnerus vir doctissimus in suo libro animalibus dicato, qui putant, Lotum satiuam esse Trifolium illud, quod in pratibus passim atque alibi etiam prouenit: eo fortasse argumento adducti, quod Dioscorides scripserit Lotum tam urbana, quam syluestrem ab aliquibus trifolium appellari. Sed quod errent illi, qui ita sentiunt, ex eo manifestè cognoscitur, quod à Dioscoride Loto syluestri fo'ia trifolii pratensis tribuantur. Nam si Dioscoridi Lotus sativa fuisset trifolium pratense, ut nunc uno scriptis tradidisset, eam in pratibus nasci, non in hortis:

Loti ueritas, confidit. Geïneri, & aliorum opin. reprobatur.

atque



atque satis illi fuisset Lotum sylvestrem sativae similem reddere, omiſſa trifolij pratensis mentione. Hinc ergo colligendum arbitror, Lotum esse plantam aliam a Trifolio: eosque in errore versari, qui secus opinantur. Sunt porro alij, qui existimant, eam plantam esse Lotum vrbanam, quam vulgares herbarij, & officinae Melitarem falso appellant, vixote quae folijs consistit trifolij effigie, nascaturque non in pratis tantum, sed etiam in viridarijs ac hortis. Verum horum sententiam cur planè probeant, aut refellam, nihil equidem habeo, cum ipsa potius opinione duci, quam rationibus aut auctoritatibus niti videantur. Ego verò Vrbanam lotum eam trifolij odoratam plantam esse cenſeo, quam antea Cytisum faciebamus, quamq; Roma vulgò Tribolo dicitur, & alibi in Italia Trifoglio cavallino, quòd eius pabulo maxime delectentur equi. Siquidem haec omnino Trifolij genus est, odore sanè eximio ac suavi. Quo fit, ut vnguentarij, & qui odoratis aquis conficiendis dant operam, ex hac quoque planta stillatitiam conficiant aquam. Atqui non solum adducor ad credendum, hanc herbam esse Lotum vrbanam, quòd folia gerat trifolij aledè similia, ut Trifolium quoque dicatur, sed quòd sciam, eius succo oculorum rubeculas deleri. Germani huiusce flores colligunt, & pro meliloto passim vntunt, quemadmodum & Boemi consultius fortasse, quam Itali. Sylvestris verò Lotus, quam copiosam in Libya gigen tradidit Dioscorides, an nascatur in Italia, non ausim affirmare, quòd non meminim ibi eam me vsquam vidisse. Verum in Boemia copiosa admodum praesente, folijs Trifolij: caule cubitali ramoso; alis multis: floribus in capitulis: cerasijs: semine sanogreci: sed parvo, & odorato. Lo-

Io: utriusq;  
que vires ex  
Gal.

ti vtriusque vires reddidit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic inquit. Lotus domestica, quam quidam triphylon, hoc est, trifolium nominant, ut mediocriter concoquendi vim possidet, sic etiam excitandi in caliditate, frigidaque coniugatione media quodammodo est, & temperata. Lotus autem agrestis plurima in Libya provenit. Semen eius secundum est ordinis excalescentium, habetque nonnihil abstersivum. Aërë quæ Græcè νύκτες, Latine Lotus vrbana cognominatur: Italicè, Loto domestico. Quæ vero λωτός αἴγυος Græcis, Lotus sylvestris Latinis vocatur: Italis, Loto saluatico. Arabes vtriusque cum Aegypto etiam indifferenter vocant Handachocha, Garch, & Thusif.

## CYTISVS.

